



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CIX. De veritate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quodam lepra: aliquis remouetur ab administratione ecclesie: & propter bigamiam, uel iudicium sanguinis aliquis impeditur a sacris ordinibus. Secundò, quia bonum, in quo damnificatur, non est proprium bonum, sed commune: sicut quòd aliqua ecclesia habeat episcopatum pertinet ad bonum totius ciuitatis, non autem ad bonum clericorum tantum. Tertio, quia bonum unius dependet ex bono alterius: sicut in crimine lese maiestatis, filius amittit hereditatem pro peccato parentis.

AD TERTIUM dicendum, quòd paruuli diuino iudicio simul puniuntur temporaliter cum parentibus, tum quia sunt res parètum, & in eis etiam parentes puniuntur: tum etiam quia hoc in eorum bonum cedit, ne si reseruentur, essent imitatores patris malitiæ, & sic grauiores poenas mererentur. In bruta uero animalia, & quascunque alias irracionales creaturas. uindicta exercetur: quia per hoc puniuntur illi, quorum sunt, & iterum propter detractionem peccati.

AD QUARTUM dicendum, quòd coactio timoris non facit simpliciter inuoluntarium, sed habet uoluntarium mistum, ut supra habitum est.*

AD QUINTUM dicendum, quòd hoc modo pro peccato iudæ: cateri Apostoli turbabantur, sicut pro peccato unius punitur multitudo ad unitatem commendandam, ut dictum est.†

Super Questionis cum response Art. 1.

QVAESTIO CIX.

De ueritate, & ueris oppositis, in quatuor articulos diuisa

DE INDE considerandū est, de ueritate, & ueris oppositis.

Circa ueritatem autem quaruntur quatuor.

- ¶ Primò, Vtrū ueritas sit uirtus.
- ¶ Secūdo, Vtrū sit ipsa uirtus.
- ¶ Tertio, Vtrum sit pars iustitiæ.
- ¶ Quarto, Vtrum magis declinet in minus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ueritas sit uirtus.

AD PRIMVM sic pcedit. Videt, quòd ueritas non sit uirtus. Prima. uirtutum est fides, cuius obiectum est ueritas. Cum ergo obiectū sit prius habitu, & actu, uidetur, quòd ueritas non sit uirtus, sed aliquid prius uirtute.

¶ 2. Prat. Sicut Philosophus dicit in 4. Eth.* ad ueritatē pertinet, quòd aliquis consteat existētia circa se ipsum, & neq; maiora, neq; minora: sed hoc non semper est laudabile neq; in bonis, quia ut dicitur Prou. 27. Laudet te alienus, & nō ostuum: nec etiam in malis, quia cōtra quosdam dicitur I sa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. ergo ueritas non est uirtus.

A ¶ 3. Præter. Ois uirtus aut est theologica, aut intellectualis, aut moralis: sed ueritas non est uirtus theologica, quia nō habet Deum pro obiecto, sed res temporales. dicit enim Tullius,* quòd ueritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut fuerit, aut futura sunt, dicuntur. Similiter etiam nō est uirtus intellectualis, sed finis earum: neque etiam est uirtus moralis, quia non cōsistit in medio inter superfluum, & diminutum. Quanto. n. aliquis plus dicit uerum, tātò melius est; ergo ueritas nō est uirtus.

SED CŌTRA est, quòd Philosophus in 2. & 3. Eth. * ponit ueritatem inter ceteras uirtutes.

RESPON. Dicendum, quòd ueritas dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum quòd ueritate aliquid dicitur uerum: & sic ueritas non est uirtus, sed obiectum, uel finis uirtutis. Sic. n. accepta d ueritas non est habitus, qui est genus uirtutis, sed æqualitas quædam intellectus, uel signi ad rem intellectam, & signatam, uel etiam rei, ad suam regulam, ut in primo habitum est. * Alio modo potest dici ueritas, qua aliquis uerū dicit, secundum quòd per eam aliquis dicitur uerax. Et talis ueritas, siue ueracitas, necesse est, quòd sit uirtus: quia hoc ipsum quòd est dicere uerum, est bonus actus. Virtus autem est, quæ bonū facit habentem, & opus eius bonum reddit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de ueritate primo modo dicta.

AD SECVNDVM dicendum, quòd consistit id quòd est circa se ipsum, in quantum est confessio ueri, est bonum ex genere: sed hoc nō sufficit ad hoc quòd sit uirtutis actus, sed ad hoc requiritur, quòd ulterius debitis circumstantiis uestiatur, quæ si non obseruentur, erit actus uitiolus: & secundum hoc uitiolus est, quòd aliquis sine debita causā laudet se ipsum etiam de uero. Vitiolus est etiam, quòd aliquis peccatum suum publicet, quasi se de hoc laudādo, uel qualitercunque inutiliter manifestando.

AD TERTIUM dicendum quòd ille qui dicit uerum, profert aliqua signa conformia rebus, scilicet uel uerba, uel aliqua facta exteriora, aut quascunque res exteriores. Circa huiusmodi autem res sunt solæ uirtutes morales, ad quas etiam pertinet usus exteriorum membrorum, secundum quòd fit per imperium uoluntatis: unde ueritas non est uirtus theologica, neque intellectualis, sed moralis. Est autem in medio inter superfluum, & diminutum dupliciter. Vno quidem modo, ex parte obiecti: alio modo, ex parte actus. Ex parte quidem obiecti, quia uerum secundum suam rationem importat quandā æqualitatem: æquale autem est mediū inter maius, & minus. Vnde ex hoc ipso, quòd aliquis dicit uerum de se ipso, medium tenet inter eum, qui maiora dicit de se ipso, & inter eum, qui minora. Ex parte autē actus medium tenet, in quantum uerum dicit quòd oportet, & secundum quòd oportet. Superfluum autem cōuenit illi, qui importunè ea quæ sua sunt manifestat: defectus autem competit illi qui occultat, quando manifestare oportet.

E ULTERIUS debitis circumstantiis uestiatur, quæ si non obseruentur, erit actus uitiolus: & secundum hoc uitiolus est, quòd aliquis sine debita causā laudet se ipsum etiam de uero. Vitiolus est etiam, quòd aliquis peccatum suum publicet, quasi se de hoc laudādo, uel qualitercunque inutiliter manifestando.

AD TERTIUM dicendum quòd ille qui dicit uerum, profert aliqua signa conformia rebus, scilicet uel uerba, uel aliqua facta exteriora, aut quascunque res exteriores. Circa huiusmodi autem res sunt solæ uirtutes morales, ad quas etiam pertinet usus exteriorum membrorum, secundum quòd fit per imperium uoluntatis: unde ueritas non est uirtus theologica, neque intellectualis, sed moralis. Est autem in medio inter superfluum, & diminutum dupliciter. Vno quidem modo, ex parte obiecti: alio modo, ex parte actus. Ex parte quidem obiecti, quia uerum secundum suam rationem importat quandā æqualitatem: æquale autem est mediū inter maius, & minus. Vnde ex hoc ipso, quòd aliquis dicit uerum de se ipso, medium tenet inter eum, qui maiora dicit de se ipso, & inter eum, qui minora. Ex parte autē actus medium tenet, in quantum uerum dicit quòd oportet, & secundum quòd oportet. Superfluum autem cōuenit illi, qui importunè ea quæ sua sunt manifestat: defectus autem competit illi qui occultat, quando manifestare oportet.

AD TERTIUM dicendum quòd ille qui dicit uerum, profert aliqua signa conformia rebus, scilicet uel uerba, uel aliqua facta exteriora, aut quascunque res exteriores. Circa huiusmodi autem res sunt solæ uirtutes morales, ad quas etiam pertinet usus exteriorum membrorum, secundum quòd fit per imperium uoluntatis: unde ueritas non est uirtus theologica, neque intellectualis, sed moralis. Est autem in medio inter superfluum, & diminutum dupliciter. Vno quidem modo, ex parte obiecti: alio modo, ex parte actus. Ex parte quidem obiecti, quia uerum secundum suam rationem importat quandā æqualitatem: æquale autem est mediū inter maius, & minus. Vnde ex hoc ipso, quòd aliquis dicit uerum de se ipso, medium tenet inter eum, qui maiora dicit de se ipso, & inter eum, qui minora. Ex parte autē actus medium tenet, in quantum uerum dicit quòd oportet, & secundum quòd oportet. Superfluum autem cōuenit illi, qui importunè ea quæ sua sunt manifestat: defectus autem competit illi qui occultat, quando manifestare oportet.

¶ Ad hoc dicitur, quòd auctor proculdubio ex natura talium, puta uerborum, factorum, & rerum extra nō absolute, sed quatenus signa sunt eorum, quæ in nobis sunt, probat ueritatē esse uirtutem moralem. Et merito, quia ex materia, seu obiecto pēstanda est natura ha-

bims. Signa autē quæ quis profert dū uerum dicit, sunt materia, circa quam ueritatur ueritas siue sint uerba dū loquimur, siue facta dū nutu, aut gestu aliquo exprimitur mente nostrā, siue sint res extra, ut si i obfisione positi igne accenso significamus his, qui extra sunt, indigetia nostrā, & hmoi. Quia uis. n. de rōne horū absolute non fit aliquid, uñ potius moralis, quā alterius ordinis uirtuti subdant: de ratione tamen eorūdem, quatenus signa eorū, quæ in nobis sunt, est materia moralis, quā sunt signa uoluntaria. Et pterea circa ipsa, ut sic, solæ uirtutes morales sunt, quamuis circa ipsa, secundum alias rōnes possint esse alie uirtutes. Formaliter ergo loquendo de istis, quatenus signa sunt eorū, quæ apud nos sunt, optimè auctor dixit, & deduxit intantum.

Lib. 2. de inuentione, in fol. 4. ante fi. lib.

Lib. 2. c. 7. t. 5

D. 1162.

q. 16. ar. 1. & q. 21. ar. 2.

ARTICVLVS II.

¶ Super Questionis centesimae nonae Articulus secundus.

¶ Vtrum veritas sit specialis uirtus.

4. di. 16. q. 4. ar. 1. q. 2. 6.

IN ar. 2. eiusdem q. in responsione ad quartum, ubi dicit, q. simplicitas facit intentionem rectam non directam, intelligendum est, non ut directè distinguitur contra in directè: quandoquidè omnis uirtus directè intentione facit rectam, sicut & electio, sed ut distinguitur contra secundario, quia, scilicet, facere intentionem rectam non est opus proprium simplicitatis, sed commune omni uirtuti, ac per hoc non est opus proprio conueniens simplicitati, sed secundario conueniens ei ex eo, q. est sibi, & ceteris uirtutibus. Vbi scito, q. intentio potest fieri recta dupliciter. Primo, in hac uel illa materia, & sic est huius uel illius uirtutis opus: & sic simplicitas dicitur facere intentionem rectam per exclusionem dupliciter in significato. Alio modo absolute, & sic est omnis simplicitatis opus, & non alicuius particularis uirtutis. Et quia illud directè dicitur spectare ad aliquam uirtutem, ad quod secundum propriam rationem instituta est: ideo in littera absolute negatur, quod simplicitas directè faciat intentionem rectam.

1. 2. q. 55. artic. 4.

6. 3. 10. 6.

natur homo per specialem uirtutem. Cum autem bonum secundum Augustinum in libro de natura boni, consistat in ordine, necesse est specialem rationem boni considerari ex determinato ordine. Est autem quidam specialis ordo, secundum quod exteriora nostra uel uerba, uel facta debite ordinantur ad aliquid, sicut signum ad signatum: & ad hoc perficitur homo per uirtutem ueritatis. Vnde manifestum est, quod ueritas est specialis uirtus. AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerum, & bonum subiecto quidem conuertuntur: quia omne uerum est bonum, & omne bonum est uerum: sed secundum rationem inuicem se excedunt, sicut intellectus, & uoluntas inuicem se excedunt. Nam intellectus intelligit uoluntatem, & multa alia: & uoluntas appetit ea, quae pertinent ad intellectum, & multa alia. Vnde uerum secundum rationem propriam, quae est perfectio intellectus, est quoddam particulare bonum, in quantum appetibile quoddam est. Et similiter bonum secundum propriam rationem, prout est finis appetitus, est quoddam uerum in quantum est quoddam intelligibile. Quia ergo uirtus includit rationem bonitatis, potest esse, quod ueritas sit specialis uirtus, sicut uerum est speciale bonum.

ANUM: non autem potest esse, quod ueritas sit specialis uirtus, cum magis secundum sit genus uirtutis.

AD SECUNDVM dicendum, quod uirtutum, & uitiolorum fortium intentionem, est per se intentum, non autem ab eo quod dicitur, & prae intentionem. Quod manifestet, quod circa ipsum est, pertinet uirtutem ueritatis, sicut per se intentionem uirtutes potest pertinere ex intentionem principalem intentionem. Fortis intentionem agere. Quod autem fortiter agere, pertinet fortitudinem, quam habet, hoc prae intentionem principalem intentionem.

AD TERTIVM dicendum, quod ueritas secundum quam aliquis dicitur, non dicitur autem uita uera, sicut & quilibet dicitur attingit suam regulam, & mensuram, per cuius conformitatem rectitudinem, & talis ueritas, sicut rectitudo, comparatur quamlibet uirtutem.

AD QUARTVM dicendum, quod dicitur per oppositum dupliciter, quod aliud habet in corde, & aliud ostendit sic simplicitas ad hanc uirtutem pertinet, sed non intentionem rectam, non quidem hoc pertinet ad omni uirtute, sed intentionem, qua homo uni preponderat.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ueritas sit pars iustitiae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod ueritas non sit pars iustitiae. Iustitia enim proprie esse uidetur, quod reddat alteri debitum: sed ex hoc, quod aliquis dicit uerum, non uidetur alteri debitum reddere, sicut fit in omnibus praemissis iustitiae partibus: ergo ueritas non est pars iustitiae.

¶ 2. Praet. Veritas pertinet ad intellectum: iustitia autem est in uoluntate, ut supra habitum est: ergo ueritas non est pars iustitiae.

¶ 3. Praet. Triplex distinguitur ueritas secundum Hieronymum. Veritas dicitur, & ueritas iustitiae, & ueritas doctrinae: sed nulla istarum est pars iustitiae. Nam ueritas uitae conuenit in se omnem uirtutem, ut dicitur: Veritas autem iustitiae est idem iustitiae, unde non est pars eius. Veritas autem doctrinae pertinet magis ad uirtutes intellectuales, ergo ueritas nullo modo est pars iustitiae.

¶ SED CONTRA est, quod Tullius ponit ueritatem inter partes iustitiae.

RESPOSTIO. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ex hoc, quod ueritas iustitiae annexa, pertinet secundum rationem principalem, quod partem quidem est iustitiae conuenit: partem autem deficit ab eius perfectione ratione. Virtus autem ueritatis conuenit quidem cum iustitia in duobus. Vno quidem modo in hoc, quod est alterum. Manifestum est

enim quam diximus esse actum veritatis, est ad alterum: inquam scilicet, quae circa ipsum sunt, vnde homo alteri manifestat. Alio modo inquam manifestat aequalitatem quandam in rebus constituit: & hoc etiam facit virtus veritatis, adaequat enim signa rebus existens circa ipsum: deficit autem a propria ratione iustitiae quantum ad rationem debiti. Non enim haec virtus attendit debitum legale, quod attendit iustitia, sed potius debitum morale, in quantum scilicet ex honestate vnus homo alteri debet veritatis manifestationem. Vnde veritas est pars iustitiae in quantum annexitur ei, sicut virtus secundaria principali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia homo est animal sociale, naturaliter vnus homo debet alteri id, sine quo societas humana seruari non posset. Non autem possent homines adinuicem conuiuere, nisi sibi inuicem crederent, tamquam sibi inuicem veritatem manifestatibus. & ideo virtus veritatis aliquo modo attendit rationem debiti.

AD SECUNDUM dicendum, quod veritas secundum quod est cognitio, pertinet ad intellectum: sed homo per propriam voluntatem, per quam utitur & habitibus, & membris, profert exteriora signa ad veritatem manifestandam: & secundum hoc manifestatio veritatis est actus uoluntatis.

AD TERTIUM dicendum, quod veritas, de qua nunc loquimur, differt a veritate vitae, ut dictum est. Veritas autem iustitiae dicitur dupliciter. Vno modo, secundum quod ipsa iustitia est rectitudo quaedam regulara secundum regulam diuinae legis. Et secundum hoc differt veritas iustitiae a veritate vitae: quia veritas vitae est secundum quam aliquis recte uiuit in seipso: veritas autem iustitiae est secundum quam aliquis rectitudinem legis in iudicijs, quae sunt ad alterum, seruat: & secundum hoc veritas iustitiae non pertinet ad ueritatem, de qua nunc loquimur, sicut nec veritas vitae. Alio modo, potest intelligi ueritas iustitiae, secundum quod aliquis ex iustitia ueritatem manifestat, puta, cum aliquis in iudicio ueritatem confitetur, aut uerum testimonium dicit. Et haec ueritas est quidam particularis actus iustitiae, & non pertinet directe ad hanc ueritatem, de qua nunc loquimur: quia scilicet in hac manifestatione ueritatis principaliter homo intendit nisi sibi alteri reddere. Vnde Philo. in 4. Ethic. de hac uirtute determinans dicit. Non de ueridico in confessionibus dicimus, neque quicumque ad iustitiam, uel iniustitiam contendunt. Veritas autem doctrinae consistit in quadam manifestatione uerborum, de quibus est scientia. Vnde nec ista ueritas directe pertinet ad hanc uirtutem, sed solum ueritas, qua aliquis & uita, & sermone talem se demonstrat, qualis est: & non alia quae circa ipsum sunt nec maiora, nec minora. Veritatem quia moralia, in quantum sunt a nobis cogni-

ta, circa nos sunt, & ad nos pertinent, secundum hoc ueritas doctrinae potest ad hanc uirtutem pertinere, & quaecumque alia ueritas, qua quis manifestat uerbo, uel facto quod: cognoscit.

ARTICVLVS. IIII.

Utrum uirtus ueritatis magis declinet in minus.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod uirtus ueritatis non declinet in minus. Sicut enim aliquis dicendo maius, incurrit falsitatem, ita & dicendo minus: non enim magis est falsum quatuor esse quinque quam quatuor esse tria: sed omne falsum est in se malum, & fugiendum, ut philosophus dicit in 4. Ethic. ergo ueritatis uirtus non plus declinat in minus, quam in maius.

¶ 2. Præterea. Quod una uirtus magis declinet ad unum extremum, quam ad aliud, contingit ex hoc, quod uirtutis medium est propinquius uni extremo, quam alteri, sicut fortitudo est propinquius audaciae, quam timiditati: sed ueritatis medium non est propinquius uni extremo, quam alteri, quia ueritas, cum sit aequalitas quadam, in medio punctuali consistit: ergo ueritas non magis declinat in minus.

¶ 3. Præterea. In minus uidetur a ueritate recedere, qui ueritatem negat, ueritati aliquid subtrahens, in maius autem qui ueritati aliquid superaddit: sed magis pugnat ueritati, qui ueritatem negat, quam qui superaddit, quia ueritas non compatitur secum negationem ueritatis, compatitur autem secum superadditionem: ergo uidetur quod ueritas magis debeat declinare in maius, quam in minus.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 4. Ethic. quod homo secundum hanc ueritatem, magis ad uero declinat in minus.

RESPON. Dicendum, quod declinare in minus a ueritate, contingit dupliciter. Vno modo, affirmando, puta, cum aliquis non manifestat totum bonum, quod in ipso est, puta, scientiam, uel sanctitatem, uel aliquid huiusmodi, quod fit sine prauidicio ueritatis, quia in maiori etiam est minus: & secundum hoc haec uirtus declinat in minus. Hoc enim ut Philosophus dicit ibidem, uidetur esse prudentius, propter onerosas superabundantias. Homines enim qui maiora de seipsis dicunt, gratiosi sunt, quasi alijs descendentes per quandam moderationem. Vnde Apostolus dicit 2. ad Cor. 12. Si uolucro gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod uidet in me, aut audit ex me. Alio modo potest aliquis declinare in minus, negando, sicut neget sibi inesse, quod inest: & sic non pertinet ad hanc uirtutem declinare in minus, quia per hoc incurreret falsum. Et tunc hoc ipsum esset minus repugnans ueritati, non quidem secundum propriam rationem ueritatis, sed secundum rationem prudentiae, quam oportet saluari in omnibus uirtutibus. Magis enim repugnat prudentiae, quia periculosus est, & onerosus alijs, quod aliquis existimet, uel iactet se habere quod non habet, quam quod non existimet, uel dicat se non habere quod habet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ Super Questionem simonem Aristotelum quaerunt.

In articulo eiusdem 109. q. nota. Nouit, quod declinare in minus affirmatiue, est affirmare minus, quam sit: quod constat non esse falsum, quia in maiori includit minus. Sicut si habens decem aureos dicat se habere duos. Declinare uero in minus negatiue, est negare totam eius quantitatem: & hoc constat esse falsum. Sicut si habens decem, dicat, habeo duos tantum.

Infi. q. 129. art. 3. ad 5.

Lib. 4. cap. 7. ante medietatem.

Super

Lib. 4. cap. 7. circa medietatem.

Alias, non affirmande.

Lib. 4. Ethic. cap. 7. circa medietatem.

Super

Super Questionis centesimadecima. Articulum primum.

In tit. r. art. q. 110. nota, q. que admodum iuxta distinctionem verum, opponitur semper falsitati, & ambe sunt in intellectu: ita veritati, que est in voluntate, qua quisque vult dicere verum, opponi videtur mendacium tamquam continens falsitatem, v. ipote, quo quis vult dicere falsum. Et propterea in diuisione questionis huius author proponendo primum articulum dixit, Quasi continens falsitatem. Vero enim cum non contrarietur nisi falsum, dicenti ex proposito verum, is qui ex proposito dicit falsum, qui mendax vocatur, opponi non quandoque, sed semper videtur: & ideo in questionis articulum vertitur.

QVÆSTIO CX.

De vitijs oppositis veritati, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vitijs oppositis veritati.

Primo, De mendacio.

Secundo, De simulatione, siue hypocrisi.

Tertio, de iactantia, & opposito vitio.

Circa mendacium quaruntur quatuor.

Primo, Vtrum mendacium semper opponatur veritati, quasi continens falsitatem.

Secundo, De speciebus mendacij.

Tertio, Vtrum mendacium semper sit peccatum.

Quarto, Vtrum semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum mendacium semper opponatur veritati.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod mendacium semper opponatur veritati. Opposita enim non possunt esse simul: sed mendacium simul potest esse cum veritate. qui enim verum loquitur, quod falsum esse credit, mentitur, vt Aug. * dicit in libro contra mendacium. ergo mendacium non opponitur veritati.

2 Præ. Virtus veritatis non solum consistit in verbis, sed etiam in factis, quia secundum Philosoph. * in 4. Ethic. secundum hanc virtutem aliquis verum dicit & in sermone, & in vita: sed mendacium consistit solum in uerbis. dicitur enim, quod mendacium est falsa uocis significatio, sic ergo uidetur quod mendacium non directe opponatur uirtuti ueritatis.

3 Præ. Aug. * dicit in lib. contra mendacium, quod culpa mentientis est fallendi cupiditas: sed hoc non opponitur ueritati, sed magis beneuolentiæ, uel iustitiæ. ergo mendacium non opponitur ueritati.

SED CONTRA est, qd dicit Aug. * in lib. contra mendacium. Nemo dubitet mentiri cum, qui falsum enuntiat causa fallendi. Quapropter enuntiatio falsi cum uoluntate ad fallendum prolata, manifestum est mendacium: sed hoc opponitur ueritati. ergo mendacium ueritati opponitur.

ad ipsum finem ordinatur, sed oportet ordinari ad finem, alioquin non magis dicitur per talem finem. Verum operatio ad finem ad finem, quamuis in opere tempore possibile est enim aliquid fieri propter finem.

festum est mendacium: sed hoc opponitur ueritati. ergo mendacium ueritati opponitur.

RESPON. Dicendum, quod actus moralis ex duobus speciebus sortitur, scilicet ex obiecto, & ex fine. Nam finis est obiectum uoluntatis, quæ est primum mouens in moralibus actibus. Potentia autem a uoluntate mota, habet suum obiectum, quod est proximum obiectum uoluntati actus & se habet in actu uoluntatis ad finem, sicut materiale ad formale, ut ex supradictis * patet. Dicitur tamen autem, quod uirtus ueritatis, & per consequens opposita uitiis in manifestatione consistit, quæ sit per aliqua signa: quod quidem manifestatio, siue enuntiatio est rationis actus conferentis signum ad signatum. Omnis enim representatio consistit in quadam collatione, quæ proprie pertinet ad rationem. Unde etiam bruta animalia aliquid manifestant, non tamen manifestationem intendunt, sed naturali instinctu aliquid agunt, ad quod manifestatio sequitur: in quantum tamen huiusmodi manifestatio, siue enuntiatio est actus moralis, oportet, qd sit uoluntatis, & ex intentione uoluntatis dependens. Obiectum autem proprium manifestationis, siue enuntiationis est uerum, uel falsum. Intentio uero uoluntatis inordinata potest ad uocem ferri, quorum unum est, ut falsum enuntietur: aliud est obiectus proprius falsæ enuntiationis, ut scilicet aliquis fallatur. Si ergo ista tria concurrant, scilicet quod falsum sit id, quod enuntiat, quod ad sit uoluntas fallum enuntians, & iterum intentio fallendi, tunc est falsitas materialiter, quia falsum dicitur: & formaliter, quia falsum dicitur: & formaliter, propter uoluntatem fallum dicens, & effectiue propter uoluntatem falsitatem imprimendi. Sed tamen ratio mendacij sumitur a formali falsitate, secundum hoc, scilicet, quod aliquis habet uoluntatem fallum enuntians. Unde & mendacium non nominatur eo, quod contra mentem dicitur. Et ideo si quis fallum enuntiat, credens id esse uerum, est quidem falsum materialiter, sed non formaliter, quia falsitas est propter intentionem dicentis, unde non habet perfectam rationem mendacij. Id enim quod pro-

Intra 2r. 2. cor. Et 3. di. fin. 38. art. 1.

In di. de mendacio ca. 3. 2. med. tom. 4.

Lib. 4. cap. 7. pauli a prin. ep. tom. 5.

Lib. de mendacio, ca. 3. a med. to. 4.

Lib. de mendacio, cap. 4. uon procul a fine. to. 4.